

que cum arte nostra comparatum est, vbi materia per naturam conjuncta, non de hominum manibus facta est. Illa in duas partes, quemadmodum infra facta mentio, diuiditur: Exempli gratia: Aquila est aqua, quæ detracta aqua est, & tunc corpus mortuum destructumque manet: Sin viuere nunc debeat, tunc illius spiritus ei iterum addendus est, idque modo vnico, quemadmodum vides quod aquilarum vnã post alteram sensim iterum deuoret: Sin reuiuiscat, tunc omnem suam impuritatem amittit, & purum nouumque corpus reassumit, corpusque spiritusque numquam moriuntur, sed, semper constanterque permanent, veluti corpus & anima in die nouissimo etiam facere debent.

26

Salia non sunt lapis sed adiutores lapidis Ars Aurifera Vol 2 p. 175.

ALIA LAPIDIS NOSTRI

cognitio.

SMigma sapientum, (Lapis) Sal & radix totius artis, & ad illam clavis est, quæ tam referat, quam etiam iterum claudit, id quod nemo neque aperire, vel claudere, potis est, nisi dicta ista clavis in promptu fiet: nemoque in mundo est, qui ad perfectum intellectum peruenire possit, nisi qui Sal agnoscit, & illius præparationem norit, quæ in commodo loco fit, qui humidus & calidus est, atque vbi illius humiditas resolui possit, tunc eiusdem substantia perfecta manet. Hucusque dictum Gebri.

*The Univ. Vol 6
p. 2 - page 31.*

*Basel in Tring
neigou page
375. 376. 377.
Aurif. Vol 2.
page 129. 130. 131.*

EXPLICATIO.

SCias quod illud Sal fiet, veluti Philosophus ille Geber loquitur, quamuis ab initio nullam Salis speciem habeat,

*Licentia Julis
page 48.*